

FVLGENTII EPISCOPI CARTHA-

GINENSIS MYTHOLOGIARVM AD CATVM

Presbyterum Carthaginensem, Liber primus.



Vamuis inefficax petat studium res quæ carent effectu, & ubi emolumen-
tum deest, negotii causa cessaſt inquiri, hoc uidelicet pacto, quia
noſtri temporis erumnoſa miseria non dicendi petit ſtudium, ſed uis-
uendi flet ergastulum, nec famæ aſſiſtendum poēticæ, ſed fami con-
ſulendum domesticæ. Citius tunc aut quod amiferis fleas, aut quod
edas inquiras, quām quod dicas inuenias. Vacat hoc tempore poten-
tibus opprimere, prioribus rapere, priuatis perdere, miſeris flere. Quia ſoles Domine me-
as cachinnātes ſæpius nārias lepore satyrico litas lubentius affectare, dum ludicro talia
solutus es uentilans epigrammate comiſſedicta ſolita eſt, uernulitate mulcere. Additur, quia & mihi
nuper imperaffe dignoſcoris, ut ſetiatas adſatini tuatum aurium ſedes lepido quolibet
ſuſetto permulceā. Parum pet ergo auſculta, dum tibi rugofam ſulcis anilibus ordior
fabulam, quam nuper Attica ſoporata ſalſura, nocturna p̄ræſule lucerna commentus
ſum, ita ſomniali ſigmento deluſam, quo non poētam furentem aſpicias, ſed oniroci-
tem ſoporis niugas ariolantem aduertas. Neq; enim illas Heroidarum arbitteris lucernas
meis p̄ræſules libris, quibus aut Sulpicille procacitas, aut Psyches curioſitas declarata eſt,
neq; illam Phædram quæ maritum Phædriam in tumulum duxit, aut Leandricos na-
tatus intercepit, ſed quæ noſtrum academicum rhetorem ita tisq; ad uitalem circumiu-
lit, quo pene dormientē Scipionem coeli ciuem effecerit. Verum reſpublica uideat quid
Cicero egerit. Me interim diſcedentem à te Domine, dum quaſi urbanis extortem nego-
tiis ruralis ocii torpor aſtringeret, euitans erumnoſa calamitatū naufragia, quibus pu-
blicæ inceſſabiliter uexātur actiones, arbitrabar agreftem ſecure ad pifci quietem, ut pro-
cellis curarum celantibus, quo in torporem urbana tempeſtas exciderat, uelut Halcyone
niduli, placitam ſerenitatē uillatica ſemotione tranquillior agitassem, ſopitisq; in fa-
uilla ſilentii rauclionis iurgiorum clāſſicis, quibus me Galogetici quāſſauerāt impecus,
defecatam ſilētio uitam agere credidiſsem, ni me illuc quoq; m̄cerorum improbioran-
gina ſequeretur, felicitatisq; nouera fortuna (quæ amārum quoddam humanis in-
terferit ſemper negociis) me quaſi pediſſequa ſectaretur. Natū tributatia in dies conuen-
tio compulſantium pedibus limen proprium triuerat, noua inditionum ac momenta-
nea proferens genera, quaſi Myda rex ex homine uerteret, ut locupletes tactus tigenſia-
ri materia ſequeretur. Credo etiam Pactoli ipſius fluenta condictis frequentibus defiſſa-
ſe. Nec hoc tantum miſeriarum ergastulum ſat erat, addebatur his, quod etiam bellū
frequenter incuſus pedum domi radicem infigere iuſſerant, quo portarum noſtrarum
peſſulos aranearum caſſibus oppletos quiſpiam non uideret. Agtorum enim domi-
nium gentes ceperant, nos domorum. Fruſtus enim noſtrōs expectare licuit non frui.
Merceſ quippe nobis fuerat gentilis, ſi uel ad manendum clausos relinquerent. Sed quia
nunquam eſt malum immortale mortalibus, tandem domini regis felicitas, aduētan-
tis ſolis crepusculum mundo tenebris dehifcentibus, pattores abſterſit. Et poſt torpentes
inceſſus, quæ tum bellicum profligauerat interdictum, licuit tandem arua uifere, li-
mites circuire. Egreditur nautarum in morem, quos tempeſtatum flagitamēto conſtrictos
exoptata reduces excipit ripa, & uelut parietū indumētis exuti poſt domesticas ſtationes
ambulare potius diſcimus quām progredimur, & Maroneo uertiſi cōſimiles, Tandem
liberequus campo potitur aperto. Intuemur arua, quibus adhuc impreſſæ bellantum
plantæ muricatos (quod aiunt) ſigillauerant gressus, & formidine menti nondum u-
tersa hostes in uieſtigiis pauebamus. Terrorem enim pro ſui memoria miles hostis ha-
dem reliquerat. Sed Troadum in morem oſtentabamus alterutrum loco, quorum reo-
dationem aut internitio celebrior faciebat, aut p̄ræda, Tandem inter ſentosa nemorum
fructu,